

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre VIItemMythologia, Venise, 1567 - V, 04 : De Isthmiis](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 04 : De Isthmiis

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 04 : De Isthmiis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 05 : Des Isthmiens](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 04 : Des jeux Isthmiens](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologia.

prædictum Opheltem, sed ob Opheltem Creusæ & Euphetæ filium instituta fuisse Nemea crediderunt, qui ictus fuit à dracone absente Hyppipyle nutrice, cum illa aquarum fuisset, quòd ab illa aquam Argivi petiverant. instituta verò sunt illi Nemea ad Hyppipylæ consolationem. Dicitur postea fuit hic Opheltes Archemorus, quia illi mortem Amphiaræus vaticinatus esset à principio vitæ. nam *ἀρχή* principium *ἄρα* mortem significat. Coronabantur, ut fama est, antiquitus oliua victores Nemeorum, sed post cladem à Medis captam in honorem exsorum apio funebri planta coronati creptum est. Dicta fuerunt Nemea à bobus quæ Argivæ Iunoni erant consecrata, quæ in ea sylva pascebantur. His ludis enim Argivi & Corinthii & Cleonæi homines præerant. Lucianus in dialogo de Gymnasiis ita mentionem fecit de singulorum horum certaminum præmiis; *Ὁλυμπιάδων μὲν τίματα ἐστὶν κίττιον, ἰσθμιάδων δὲ ἀπὸ πίνου, νηπειπιάδων δὲ ἀπὸ ἀπῆς, καὶ τῶν ἐν Νεμείῳ ἀπὸ ἀπῆς. ἐν Ὀλυμπίῳ γὰρ ἐκ οὐλοῦ, ἐν Ἰσθμίῳ δὲ ἐκ πίνου, ἐν Νεμείῳ δὲ ἐκ ἀπῆς.* in Olympicis quidem ex oleastro, in Isthmiis è pinu, in Nemeis ex apio corona connexa, ac in Pythiis mala Deo consecrata victoribus erant proposita. Non defuerunt qui in honorem Archemori primum instituta fuisse dixerint Nemea, ac ab Hercule fuisse in melius correctæ cum leonem Nemeum occidisset; qui illa postea Ioni consecravit, & post triennium tempus peragendis statuit diem duodecimum eius mensis, qui *παῖον* à Corinthiis, ab Atheniensibus autem *νηπειπιάδων* dicebatur, quia eo mense Theseus Amazonas debellavit. atque Cretenses demum iudices sunt electi. ac nunc de Isthmiis dicamus.

10

20

De Isthmiis.

Cap. IIII.

Scriptum reliquit Plutarchus in vita Thesei, Theseum ipsum Isthmia in honorem Neptuni, ad imitationem Herculis, qui Olympia Ioui consecravit, instituisse: quippe cum illa, quæ in honorem Melicertæ ferent noctu agerentur, & magis initiandi, quam spectaculi causa constituta viderentur. Non defuerunt tamen qui in Scyronis honorem Isthmia celebrari crediderint, & ea putarint à Theseo inuenta ad mortem ipsius Scyronis expiandam. Alii ob Sinim Procustem Neptuni filium à Theseo exsum, alii aliis de causis instituta fuisse Isthmia, omnes tamen à Theseo consensere; quæ dicta sunt Isthmia ab Isthmo Peloponnesi, cuius in faucibus ad Neptuni templum ibi celeberrimum quinto quoque anno celebrabantur. Archias autem poeta non in Neptuni, sed in Palæmonis honorem Isthmia fieri solita scribit, in illo epigrammate;

30

40

Ἰσθμια δὲ τὸν ἀπὸν εἰς Ἰλλίδα τριακοντὶ ἡμέραις

οἱ δὲ μὲν Διὸς, οἱ δὲ δ' ἀπῆς.

Ἰσθια, Λυκαίων, Παλαμῶν, Ἀρχαίων.

Ἄλλα δὲ τῶν ἐν ἑσπέρῳ, ἰσθια, ἰσθια, ἀπῆς.

Quatuor in Græcis certamina; quatuor illa

Sacra; duo superis, sunt duo sacra viris.

Sunt Iouis hæc, Phæbiæque, Palæmonis, Archemoriq̃.

Præmia sunt olex, pinea, mala, apium.

Nam tametsi in omnibus his certaminibus coronabantur victores coronis superius commemoratis, tamen mos omnibus fuit ut ubique locorum palmam altera manu gestarent redeuntes, ut ait Paus. in Arcadicis. ac tantus honor

honor

honor victoribus habebatur, tantaque erat victoriorum civitatum lætitia, ut multa millia passuum victores ita manibus suorum civium portarentur, ne omnino terram contingerent: neque ingrederentur per portas civitatum, ut reliqui homines, sed pontes illis tumultuarii fierent supra mœnia civitatum; eorumque nomina in foro publico sumptu columnis inciderentur. Primus autem fuisse dicitur Theseus, qui cum venisset in Delum palmam victricibus proposuerit, ut ait Plutarchus. Alii non illis de causis instituta fuisse illa certamina memorant, sed ob insepultum Melicertam cū in Isthmum appulisset. ferunt enim Corinthiorum agrum famem inuasisse atque responsum fuisse Corinthiis non prius malum cessaturum, quam honorarent per certamina Melicertam: cui dicatum fuit apium planta funebris. Deinde illata fuit pinus ob affinitatem cum mari, quia sterilis sit, ut litus maris. alii instituta à Sisypho dixerunt ob affinitatem, quam cum illo habebat. fuerunt & alia ludorum genera apud Græcos, ut apud Athenienses Hydrophoria, Delphinium Pythæ, fuerunt & alia alibi præmia victoribus, ut phialæ argenteæ in Sicione in Pythiis. in Pellene vrbe Achaïæ præmiū erat vestis in Theoxeniis, vel, ut alii maluerunt, vocatis Mercurialibus. in Argina Acacibus præmiū fuit dithyramborum poetis, qui præclarus in Dionysium cecinisset; quod certamen dictum fuit Amphorites. quæ, quoniam non erant valde illustria, ratioque de his mentio fit a scriptoribus, superioribus abundè ut arbitror explicatis, in præsentem omittimus. nunc reliqua ad institutum opus pertinentia persequamur.

De Mercurio.

Cap. V.

Mercurium omnium Deorum antiquorum vigilantissimum, ac maxime negotiis implicatum; quippe quem neque per noctem quidem dormire negotiorum multitudo pateretur, Iouis & Maiæ Atlantis filiumuisse scribit ita Hesiodus in Theogonia;

*Ἰού δ' ἔσ' Ἀτλαντὶ πατρὶ τὸν φαίδιμον Ἴρμην,
κίρην ἄσπερον, Ἰφὴν Ἀΐξος ἠετιοθέου.*

E Ioue Mercurius, Nymphaque Atlantide cretus.

Est præco superum: compressit Iupiter illam.

Sic & Orpheus & Homerus in hymnis tradiderunt, à quibus præclare Virgilius, ea capiens, quæ ad genus Mercurii attinent, illum in Cyllene Arcadiæ montenatum esse inquit in his;

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum culmine fudit.

At Paulanias in Beoticis non procul à Tanagris in monte vocato Cerycio Mercurium natum esse scribit. Hunc educatum fuisse in Cyllene monte præterea testatus est Didymus his verbis; *Ἴρμην δ' ἐν κυλλωνίῳ Ἴρην ἐπαίδειν αἰετῶν φῶς.* Mercurius in Cyllenio Arcadiæ monte educatus. Hunc educatum fuisse inquit sub arbore portulacæ, quæ andrachne dicta est à Græcis, quare illi fuit consecrata. Scripsit Paul. in Arcadicis ex antiquo Arcadium sermone Mercurium educatum fuisse non procul ab Alpheo fluuio in civitate quæ Acacesium vocabatur, ab Acaco Lycaonis filio. alii Iunonem lac præbuisse Mercurio putarunt, & per quoddam tempus apud illam nutritum fuisse. At enim plures fuerunt Mercurii ut ait Cicero in libro tertio de na